

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Articuli, de quibus egerunt visitatores in regione Saxoniae

Melanchthon, Philipp

[Wittenberg], 1527

De iustitia

[urn:nbn:de:bsz:31-93298](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-93298)

Spiritus sanctus arguet mundū de peccato, iustitia, & iudicio. De peccato, quod non credat deo, quod non possunt à ratione iudicari. Ratio enim tantum externa peccata iudicat, ut furtū, cædē, ebrietatem, adulteriū, & huiusmodi. Sed spiritus sanctus etiam occulta & proprietate in corde arguit, ut contemptum Dei, uacare metu iudicij Dei, Deo diffidere, desperare de Dei benignitate & misericordia.

DE IUSTITIA.

Mundus enim iudicat, iusticiam esse tantum externa opera, seu ciuilem obseruationem legis. Sed spiritus sanctus docet nos, nostra opera non satisfacere deo, sed Christum satisfactionem & propitiationem esse. Itaque fide iustificari.

DE IUDICIO.

Quia mundus non iudicat Satanam nobis nocere, sed spiritus sanctus docet nos, potestatem Satanae debilitatam esse à Christo, sed impijs eum dominari, & impellere ad omne genus flagitij.

Est